

tor vel ipsimet Status id negotii injunxere; vel ab eo denique, qui pro einen *Trayß*-auschreibenden Fürsten tunc se gessit.



C A P U T III.

Exponit modernum Juris exequendi Statum.

- | | |
|--|--|
| <p>§. 1. <i>Connexio cum Capite precedenti.</i></p> <p>§. 2. <i>Imperator decernit Executionem I. Recessuum Imperii.</i></p> <p>§. 3. <i>Sed cum limitatione.</i></p> <p>§. 4. <i>Circuli eandem perficiunt.</i></p> <p>§. 5. <i>Etiamsi quis se pretendat exemptum.</i></p> <p>§. 6. <i>Vel praegravatum.</i></p> <p>§. 7. <i>Imperator decernit & Executionem II. Sententiarum.</i></p> <p>§. 8. <i>Sed iterum cum limitatione.</i></p> <p>§. 9. <i>Num & limitatio procedat in Sententiis Judicii Aulici?</i></p> <p>§. 10. <i>Circuli perficiunt decretas Executiones Sententiarum Cameralium.</i></p> | <p>§. 11. <i>Imperator decernit & Executionem III. Pacificationum.</i></p> <p>§. 12. <i>Ast cum limitatione. Exemplum in Pace Westphalicâ.</i></p> <p>§. 13. <i>Cujus Executionem decretam iterum perfecerunt Circuli.</i></p> <p>§. 14. <i>Quid Juris sit quoad reliquarum Pacificationum Executionem?</i></p> <p>§. 15. <i>Quis decernat & perficiat Executionem in rebus Circularibus?</i></p> <p>§. 16. <i>Quis perficiat Executionem Legibus Duci datam, eo nolente, vel impedito, vel non existente?</i></p> |
|--|--|

§. I.

AD Secundum modò Juris exequendi Periodum provehimur, quam circiter à temporibus Caroli V. in nostram usque ætatem produximus: ubi quidem plurima clara esse videas, publicisque Imperii Legibus determinata; nec tamen & hinc desunt,